teneram ætatem,& a fortiori poterit Bapti-
zare Frater ibi exiſtens, quia licentia non
datur, quia Frater tranſit per illa loca,ſed
propter paruulos, & ad obuiandum pericu-
lis tenellę ętatis.

43 ¶ Paulus 3. Romæ apud Sanctum Petrum Kalēn. Iunii Pontificatus ſui, año. 3. in Bulla quæ incipit. Altitudo diuini conſilii &c. Conceſſit, quod Sacerdotes Miniſtri Baptiſmi, etiam ſeculares in Nouo Orbe extra neceſſitatem extremam Baptizātes Indos, hæc quatuor ſeruent. Primum, Aqua ſacris actionibus ſanctificetur. Secundum. Vt Catechiſmus,& Exorciſmus fiat ſingulis. Tertium. Quod Sal, Saliua, Candela,& Capellū detur duobus, vel tribus, pro ōnibus tunc Baptizādis, ſiue ſint vtriuſq; vel vnius ſexus. Quartū. Quod tunc Baptizandis ōnibus Chriſma ponatur in vertice capitis,& Oleum Cathecumenorum ponatur ſuper cor viri adulti- puerorum, ac puellarum, adultis vero mulieribus ponatur in illa parte quam ratio pudicitiæ demonſtrabit. De quo verbo Indi. §. 9.

44 ¶ Circa hanc conceſſionem aduerte Primo, ꝙ Olei vnctio in pectore eſt neceſſaria neceſſitate præcepti, quando non vrget neceſſitas.